



**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Quæstio 3. An Postscriptum, seu Bannitum à Pontifice, aut ab alio
Principe, liceat ubique occidere?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

2. Prima sententia asserit, non solum bannitum à Pontifice, sed etiam à quolibet alio Principe, posse ubique, alterius Principis, in cujus territorio moratur, non requisita licentia, licet occidi. Sic tradit M. Zanardus 1. p. ubi de Homicidio, cap. 3. dicens: * Hoc idem, nempe facultatem occidendi malefactorum, potest Princeps concedere in terris alienis, quando delictum adeo est immane, ut ad terrefaciendum alios, vel ad similia crimina vitanda, hoc expedire iudicaverit. Nec hoc est perturbare statum alieni Principis, quia in eo non intendit iurisdictionem exercere, sed in eo subditum suum punire. Et inferius: Idem præstare valebit, quando timendum esset, ne ille bannitus in actu iterum Rempublicam invadat, vel perturbet; quia unicuique Rempublicæ licet, ad ea media recurrere, quæ ad ejus quietem apta reperiuntur. * Hactenus M. Zanardus *suprà* fol. 758. & iterum fol. 790. cap. 9. de Bannitis.

3. Eandem sententiam defendit Jacobus de Grassis Monachus Cassinensis in *decisionibus aureis* p. 1. lib. 2. cap. 62. nu. 57. fol. mibi 311. ubi sic: * Sed an statum, quod banniti, seu forjudicati occiduntur impune, & occisores premium consequantur, habeat locum in occidente extrà territorium? Dic, quod sic. Casus est in l. 3. §. final. ff. de fideiuss. Ubi transfugas, ubicumque inventantur, interficere licet. Potest enim constitutio ligare personas etiam extrà territorium existentes, ut in l. magis puto, §. illud, ff. de rebus eorum, per l. si fideicommissum, §. Tractatum, ff. de iudic. Socinus *consil.* 7. n. 17. ubi potestas statuendi in subditos non arctatur territorio, & ideo ubicumque reperiuntur, sunt ligati, & illos occidentes, gaudent beneficio. Ita Baldus in l. cunctos populos n. 9. C. de Sum. Trin. & Fidei Cathol. Hypolitus *singul.* 124. sequitur etiam opinionem Bald. Pillanelus *ad consil.* Regni Neapol. quæ incipit: *Penam eorum*. Quod videtur satis rationabile; tum quia taliter occidentes gerunt actum permissum; & in factis privatorum non attenditur territorium, sed an faciant ad supermissum vel prohibitum: *rex in l. non solum, §. Et qui in testamento, & ibi Glossa in principio, ff. de excusat. tutor.* Tum quia Rempublicæ interest, tales ubicumque fuerint, petiti, ne revertantur; & ne Provincias cladibus, furtis, ac violentiis molestant. * Hæc Grassis, cui consentiunt, ultra citatos, Lactantius, Finelius de *casibus reservat.* casu 4. n. 41. & Prosperus Farinacius in *practica criminali*, p. 3. q. 103. n. 113. loquens de illo, qui ob crimen læsæ Majestatis proscriptus, & bannitus est.

4. Verum hæc opinio est contra communem Theologorum, quæ, non petita Principis territorii licentia, id minime licere, defendit; & merito, quia nullus iudex potest, extrà territorium suum, jus dicere, aut sententiam exequi, ut constat ex l. ultim. ff. de iurisdictione omnium iudicum, & ex cap. 2. de *const. in 6.* ubi Doctores id communiter notant, & tradit Escobar in *Theolog. moral. tract.* 1. exam. 7. cap. 3. n. 32. dicens, licitum esse, occidere bannitum: * Non tamen posse extrà territorium Principis, seu Rempublicæ concedentis occidi, nisi consensus saltem tacitus, vel rationabiliter præsumptus illius Principis, in cujus territorio invenitur, interveniat. * Quia extrà territorium punire, verè est illic iurisdictionem exercere. Quidquid auctores n. 3. citati contraxerint.

5. Hoc cum certissimum sit, dubitat, & merito Escobar: * Quid si proscriptus à Pontifice? Estne forsitan idem statuendum, & asserendum? * Et res-

ponder negativè ex Fillucio *tom.* 2. *tr.* 28. p. 2. cap. 2. n.

24. Qui postquam sententiam communem, quoad alios Principes supra stabilitam, recensuit, sic ait: * Hinc deduci potest, si is, qui proscriptus, habeat iurisdictionem illimitatam, & per universum orbem, ut Summus Pontifex, hunc etiam posse mandare occisionem hominis à se proscripti in alieno territorio. * Subnequit verò, & prudenter: * Quamvis ad servandam cuique suam iurisdictionem, non toleant ejusmodi homicidia præcipi in alieno territorio. * Hæc Fillucius, Ex quo Escobar; & Diana p. 5. *tr.* 4. *resol.* 24. ubi inquires: * An liceat sine peccato occidere bannitum extrà territorium proscriptentis? * Responder cum aliis negativè quoad alios Principes, & affirmativè quoad Pontificem: & rationem quoad utrumque reddit: * Quia cum sit, inquit, extrà territorium proscriptentis, non extenditur ad illud ejus potestas, nisi adesse licentia expressa, vel tacita, vel rationabiliter præsumpta alterius Principis, in cujus iurisdictione moratur bannitus. Nisi reus esset bannitus à Summo Pontifice (attende) qui cum habeat iurisdictionem illimitatam, & per universum orbem, potest mandare occisionem hominis à se proscripti in alieno territorio. * Sic ille.

6. Hanc sententiam amplector. Sed quia non tam in conclusione, quam in ejus principio herere forsitan nonnemo poterit; ideo, ut mihi certum de fide, status Summum Pontificem in toto orbe habere potestatem indirectam in temporalibus, nimirum, prout necessarium fuerit ad rectam in spiritualibus gubernationem. Hæc doctrina est communis inter Catholicos, qui contra Hæreticos aliter sentientes acriter invehuntur. M. Victoria in *Relect. de Potest. Eccles.* n. 11. & 12. & in *Relect. de Indis insularis*, n. 29. ibi: * Papa habet potestatem temporalem in ordine ad spiritualia, id est, quantum necesse est ad administrationem rerum spiritualium. Hæc etiam est omnium Doctorum, &c. Et certe nullus legitime Christianus deberet negare hanc potestatem. * Sic Victoria. Quem sequitur M. Hyacinthus Donatus p. 2. *tract.* 11. de *successione Monasterii* q. 15. n. 6. fol. 218. dicens: Romanus Pontifex de rebus temporalibus in ordine ad finem spirituales * in universo mundo potest disponere absque ulla controversia, ut docent Catholici, & praxis observat. *

7. Eximius Doctor Franciscus Suarez in *Defensione Fidei contra Regem Angliæ*, lib. 3. cap. 23. pluribus sacra Scripturæ auctoritatibus, & Sanctorum PP. testimoniiis hanc veritatem demonstrat, concludens: * Docent hoc omnes Catholici Doctores, quos supra enumeravi, & latius Bellermius, estque non minus certum, quam cetera, quæ dicta sunt (nempe de potestate Pontificis ad excommunicandos Reges, quæ est de fide. Imò si ea ponderentur attentè, & dictum refutare errorem, & veritatem Catholicam, usu, auctoritate, & ratione comprobata defendere, difficile non erit. * Et iterum lib. 6. cap. 6. num. 27. Ostensum est, inquit, lib. 3. multa Concilia Generalia hanc potestatem in Summo Pontifice recognovisse, &c. Et sæpius Summi Pontifices cum Conciliis Generalibus illa potestate usi sunt; ut Innocentius III. in Concilio Lateran. & Innocentius IV. in Concilio Lugdunensi. Præterquam quod communi Ecclesiæ traditione, & consensu, hæc veritas fundata est, neque in hoc puncto est dissensio inter Catholicos Theologos. * Hactenus Suarez.

8. Cujus

8. Cujus vestigiis insunt, contra Hæreticos hujus temporis, auctores moderni. Dianap. 10. 17. 6. *resol. unica* * Pontifex secundum omnes tam Canonistas, quam Theologos, habet potestatem indirectam in temporalibus, de qua doctrina inter Catholicos non est disputandum. * Et tract. 17. de potestate excommunicandi Reges, *resol. 8.* * In quadam, inquit, Congregatione Theologorum, cui ego interfui ex speciali mandato Sanctissimi Domini nostri Innocentii X. nunc feliciter regnantis, determinatum fuit: Propositionem hanc: *Papam nullam habere potestatem in temporalibus, etiam indirecte, esse hæreticam, saltem reductivè.* * Et hanc censuram ei inussit P. Adamus Tannerus ex Societate Jesu in *defensione Ecclesiæ libertatis, lib. 2. cap. 8.* Ubi multis probat, non posse abique errore in fide, imò nec sine hæresi, potestatem in temporalibus indirectam Romanis Pontificibus denegari. Quam sententiam doct. ssmè defendit M. Sotus in 4. *dist. 25. q. 2. art. 5. conclus. 5.* his verbis: * Adhibetur quinta, eademque Catholica conclusio, contra eorum hæresim, qui omnem abdicant Pontifici temporalem potestatem: Potestas quæcumque civilis seu tunc est Ecclesiæ subiecta in ordinem spiritualia, ut Papa possit per suam spirituales potestatem, quoties ratio fidei, & Religionis exegerit, non solum Ecclesiasticarum censurarum fulmine, adversus Reges agere, eosque cogere: verum, & cunctos Christianos Principes temporalibus bonis privare, & usque ad eorum depositionem procedere. * Hactenus M. Sotus.

9. Ex præfata igitur vera, & Catholica doctrina, sic pro opinione nostra efficaciter arguitur. Summus Pontifex habet in toto orbe indirectam jurisdictionem, & potestatem in temporalibus, prout necesse fuerit ad rectam Ecclesiæ in spiritualibus gubernationem: ergo si insensu aliquis esset huic gubernationi, & spirituali fidelium bono, posset Pontifex illum proferbere, & mandare, ut ubicunque terrarum inveniatur, interneretur, & consequenter facere cuicunque talem bannitum ubique occidere. Non facile vitabis consequentiam.

10. Addunt alii, Summum Pontificem in toto orbe Christiano, non solum indirectam, sed etiam directam in temporalibus potestatem habere. Sic Angulanius, Comitulus, Pereira, Martha, Pessantius, & alii, & putat probabile eos referens Diana 1. *p. tract. 2. de immuni. resol. 121.* & ante illos tenuerunt alii, prout videre licet, apud Magistrum Joannem Martinez de Prado tom. 1. *Theolog. Moral. cap. 3. quest. 3. §. 3. num. 9.* ubi sic ait. * Summum Pontificem habere directum dominium spirituale, & temporale in totum orbem, præcipue in omnes Christianos, dicunt S. Antoninus, Sylvester, Albarus, Pelagius, Augustinus de Ancona, M. Ferrara, Thomas Bocio, Solocino, solerque tribuit D. Thomæ. * Et hanc esse plerumque Canonistarum sententiam fatetur M. Sotus lib. 4. de *Iust. quest. 4. §. 1. sed in hac questione, ubi sic:* * Enimvero de Christo, qui rem superflue tenus cogitant, inficias ire non audent, quin fuerit in quantum homo, in temporalibus, orbis dominus, &c. Ex quo principio Doctores plurimi juris Canonici idem Summo Pontifici tribuunt temporalium dominium, & plenissimam potestatem. * Quam sententiam apud Victoriam in *Relect. de Potestate Ecclesiæ, num. 2.* & in *Relect. de Indis insularibus* tuerentur plures. * Ita, inquit, tenet Hostiensis, & Archiep. 3. *p. tit. 22.* & Angelus, Anchar. ita tenet Sylvester, qui multo etiam largius & benignius hanc potestatem tribuit Papæ.

11. Si hæc doctrina esset vera, valde recte staturari posset argumentum superius factum pro nostra opinione asserente, bannitum à Pontifice licet ubique occidi, cui proinde omnes Doctores nuper citati dissentire nequibunt, & quod ipsum hoc, præterquam quod nullatenus contrarium est, ad præfati conclusionem turbandam, potestas indirecta sufficit, valde mihi displicet, nullo fundamento stabilitur, ut bene probat M. Victoria ubi supra qui eorum notam illi iuribus. * Et quæ inquit, patet error multorum Jurisconsultorum, & multorum aliorum, qui putant, quod Papa dominus orbis propriè domino temporali, & quod habet auctoritatem, & jurisdictionem temporalem in toto orbe supra omnes Principes. Hoc ego non dubito esse manifestè falsum, cum tamen ipsi deum esse manifestè verum. Ego igitur, esse merum contentum in adulationem, & allentationem putavi. * Et infert: * Glossatores juris hoc dominum dederunt Papæ, cum ipsi essent pauperes & cetera, & doctrina. * Hæc Mag. Victoria, qui licet sit moderatissimus, nec sordidus pepercit, tum quædam opinio de potestate directa in temporalibus totius orbis Christiani, nullum in se prout habet fundamentum, tum quia Innocentius III. Pontifex Maximus, & vir doctissimus in *cap. Per venerabile, qui sit sint legitimi:* dicit, se non habere potestatem directam in temporalibus super Regem Galie, per consequens nec super alios Reges, ut videtur apud M. Victoriam supra. Et ita docent Sotus in *defensione Fidei lib. 3. cap. 5. num. 8.* & Belatmanus 2. *lib. 5. de Romano Pontifice, cap. 4. & sequenti.* Hæc ubi de potestate directa Pontificis prædictæ dicitur: ut nemo deinceps odium conciliare præsumat opinioni asserentium, habere potestatem, & jurisdictionem indirectam, ideoque à Pontifice bannitum possit licet ubique occidi. Quod Theologus nescio quis censura notavit.

12. Ex hoc principio, & conclusione, singulari. Aliud dubium excitavit Jacobus de Grassis, ubi supra *p. 1. lib. 2. cap. 62. num. 60.* his verbis: * Sed quid dicendum de muliere bannita, quæ ex forma banni potest occidi, num impune possit adulterari? Modero simpliciter asserunt, quod non: est enim in tractat. Banni. in 2. *p. secundum temporis, quest. 40.* contrarium asserunt, quia secundum eum, si potest occidi bannita, ergo potest adulterari, cum minus delictum homicidium, quam adulterium. Tunc in *int. neque in ea, & ibi Bartol. ff. de adoptione.* Sed cum dictum Baldi, qui communiter approbatur, (tam de) verius videtur, tum quia adulterium est de malum, & in eo non habet Papa jus dispensandi. Si ille, qui ut ex adductis constat, opinio non Nelli, & Bartoli probabilem putat. Quæ quidem, si adulterium cum bannita licet esse concedatur, licet deus jus occisionem, aperta hæresis est. Si vero solum tendat ad uterque penam non incurrendam ad eum modi adulterio, eo quod cum bannita, non minus contendam: quia jus humanum, quoad hoc, licet habere potest, sicut habet in excusando à potestate homicidii maritum occidentem uxorem in adulterio deprehensam. Nec credibile est, auctores citatos aliud intendisse, etsi verba latius patere videantur.

13. Ex eodem principio de potestate indirecta Pontificis in temporalibus, in toto orbe Christiano Conclusionem aliam notat dignissimam quoad bellum indicendum deducit M. Victoria in *Relect. de Indis*

de Indis insulan. nu. 29. fol. mibi 325. * Hac etiam ratione, inquit, discordantibus Principibus de jure aliqujus Principatus, & in bellaruentibus, potest Papa esse judex, & cognoscere de jure partium, & sententiam ferre, quam tenentur recipere Principes, ne scilicet eveniant tot mala spiritalia, quod ex bello inter Principes Christianos necesse est oriri. Et licet hoc vel non faciat Papa, vel non sapere faciat, hoc non est, quia non potest, ut dicit Dominus Durandus, sed quia timet scandalum, ne Principes putent, hoc facere per ambitionem, vel veritus rebellionem Principum à Sede Apostolica, & hac ratione potest aliquando Reges deponere, & etiam novos constituere, sicut aliquando factum est. * Hæc Victoria, cujus sententiam, pluribus pro ea citatis, sequitur, dicens, esse communem, M. Joannes Martinez de Prado tom. 1. Theologia moral. cap. 15. quæst. 4. num. 16. apud quem Lorca, Suarez, Molina, Bassæus, M. Sotus, Oviedo, Hurtado de Mendoza, & alii, quos sequitur Diana p. 6. tract. 4. resol. 2. & p. 10. tract. de Princip. Christ. federibus cum Turcis, vel Hereticis, resol. 7. Quibus adhæsit Villalobos in Sum. tom. 2. tract. 5. diffin. 4. num. 4. ibi: * Quando fuisse la guerra contra Principes Christianos, y convinieste a el bien espiritual, podría el Papa meterse en ello, y definir, y compeler por censuras, o por otro camino al rebelde. Aunque no convendría, que se hiziesse esto de ordinario, porque el Principe contra quien se sentenciase, cobraria odio contra el Pontifice, pensando que lo avia hecho por passion. * Sic Villalobos. Quamvis in casu necessitatis (ait M. Prado supra) debent hæc humana judicia contemnere, & censuris compellere Reges, ne fictis titulis bellum gerant, & totam Rempublicam Christianam perturbent; quod notat (inquit Bassæus, & alii multi, quos citat, & sequitur Diana, & jam diu tradiderat M. Soto in 4. diff. 25. q. 2. art. 1. conclus. 4. * Hæc M. Prado: quæ hic placuit adnectere, quia forsan alibi non se dabit occasio, & verissimam doctrinam continent.

14. Et ne Ministri Regii in Consiliis ad bellum indicendum faciles sint, animum vellem advertant ad aliam æquè certam, doctissimi M. Francisci de Victoria sententiam, cui si Principes supremi, ut debent steterint, Respublica Christiana tot non esset quislata malis, & forsan orbi universo jam diu dominata fuisset. * Nullum, inquit, bellum est justum, si constat geri majori malo Reipublicæ, quam bono, & utilitate: quantumvis aliunde suppetant tituli, & rationes ad bellum justum. Probat. Quia Respublica non habet potestatem inferendi bellum, nisi ad tuendum se, resque suas, atque se protegendum; ergo ubi ipso bello attenuatur potius, atque atteritur, quam augetur, bellum erit injustum, sive à Rege inferatur, sive à Republica. Imò cum una Respublica sit pars totius orbis, & maxime Christiana Provincia pars totius Reipublicæ, si bellum utile sit uni Provinciæ, aut Reipublicæ, cum damno orbis, aut Christianitatis, puto eò ipso bellum esse injustum. Ut si bellum Hispaniarum esset adversus Gallos, aliàs ex causis justis susceptum, & alioquin Regno Hispaniarum utile, tamen cum majore malo, & jactura geritur Christianitatis, puta quia Turcæ occupant interim Provincias Christianorum; cessandum esset à tali bello. Hæc Victoria. Quæ ut observentur maximopere oporteret, omnes supremos in temporalibus Principes, exhortatione Summi Pontificis, foedus inire, ne ullus adversus alium, bellum movere possit, quin à majori ipsorum parte

pro justitia causæ lata sententia præcesserit. Quia autem secus indixerit, si à Pontifice Summo admonitus non desistat, omnium arma in ipsum conversa illicè experietur. Justissima lex hæc foret, sanctissimum foedus, ut versatilibus probabilitatibus, in re tanti momenti aditus omnino præcluderetur. Bellare enim, necessitatis, non voluntatis esse debet, ut ait D. Augustinus epist. 207. relatus in cap. noli 23. q. 1.

QVÆSTIO IV.

Utrum ad vitandum periculum vitæ, vel infamiae puellæ prægnantis, licitum sit, procurare abortum foetus inanimati?

1. Plures pro affirmantē sententia, expressis nominibus, & collatis locis, adducit Diana p. 6. tract. 8. resol. 37. inter quos quemdam Jesuitam suppresso nomine, quæ, ut verum fatear, dubia fidei mihi est, quia non ab eo excepit Diana (ut ipsemet refert) sed à quodam viro nobili, qui ei testatus est, Jesuitam à se consultum sic respondisse. Verba Dianæ sunt. * Non desinam hic adnotare, quod consultus de hoc casu à viro nobili, & fide digno, testatus est mihi, doctissimum Theologum Societatis Jesu, quem ego scio, respondisse, ut supradictum est, licitum esse pro salvanda vitæ, & honore puellæ prægnantis procurare ejus abortum ante factus animationem. * Sic Diana ex auditis à viro nobili: sed forsan hic licet alias fide dignus, non bene Jesuitæ responsum percepit: quod mirum non erit expendenti, non raro viros etiam doctos decipi, referentes pro aliqua opinione unum, vel alterum Doctorem, ubi contrariam expressè defendit. Et, quod miraberis, id in præsentem contigit ipsi Dianæ, qui pro eadem opinione, adducit Bordonum in Consiliis Regul. res. 45. quæst. 4. num. 4. in fine. Et tamen hic author oppositum ibidem expressè docet, his verbis: * Quæres quartò: An pro conservando honore, seu vitæ puellæ, vel pro conservatione vitæ mulieris, possit procurari abortus? Respondeo, neutrum licitè fieri potest. * Quod iterum tradit in decis. Miscell. decis. 260. fol. 223. Si ergo testis ocularis sic decipitur, quid mirum, quod vir ille nobilis testis ex auditu, & in rebus Theologicis parum versatus, Jesuitæ responsum non calluerit.

2. Præterquam quod Jesuita consultus respondere potuit, ex aliorum sententia. Eam enim defendunt nonnulli, quos suppresso nomine refert M. Zanardus in direct. Confess. p. 1. de Sacram. Matrim. cap. 41. quæst. 17. Quos sequitur Torreblanca de Magia, lib. 2. cap. 43. num. 10. ubi sic: * Quandò ex partu concepto evidens periculum apparet, vel quod puerpera soleat ad extremum deduci, attende) aut fama ejus lædatur, aut aliter vitæ discrimen, vel existimationis possit subire, bene poterit periculum abortionis præbere, dum foetus tamen non erit animatus. *

3. Et hanc sententiam esse probabilem tradunt viri alii doctissimi. M. Lezina Carmelitanus in Sum. quæst. regul. tom. 3. verb. Abortus, num. 5. ibi: * Peccatum grave est, procurare abortum, etiam in casu, quo foemina nobilis, aut Monialis cum viro peccaverint, & timent mortem, vel infamiam, vel scandalum, si

gravi-